

Conceditur tamen cuilibet per vacationes libera voluntas se absentandi.

CAP. 5.

De duobus magnis capitulis et certis modis scrupitina faciendi in eisdem: et de modo eligendi officarios.

§ 1. Ad electionem duorum officiariorum, Subrectoris, aliter dicti Correctoris, et Thesaurarii, omnibusque collegio nostro necessariis communicandis fructuose et expediendis, duo magna capitula quolibet anno celebrari volumus. Primum in die sexto Novembris, nisi Dominica fuerit, et tunc in crastino, horâ usitatâ dicantur preces per Rectorem vel per aliquem Sociorum. Deinde, hoc capitulum a juniore præsentate recitetur, quatenus ad eorum electionem pertinet.

§ 2. Quo facto, eligantur officarii, Subrector scilicet et Thesaurarius, pro anno sequenti, vel reventur electi. Quorum electio ita fiet. In eodem capitulo Rector, et, eo non præsentate, Subrector, et senior Socius præsentans, audient vota singulorum, et in quos major pars præsentium, seu illa medietas cui adhæret Rector, consenserit, in Subrectorem et Thesaurarium pro anno futuro eligantur; quibus post electionem omnia pertinentia eorum officiis tradantur, ut electi recipiant et eorum officia exequantur sine contradictione aliqua, sub pœna expulsionis a collegio.

§ 3. In Subrectorem vero ille eligatur e Sociis, qui morum gravitate et sobrietate ad regimen collegii administrandum aptus videatur; item in Thesaurarium ille e Sociis, qui propter diligentiam, et, si talis reperiri poterit, experientiam in rebus hujusmodi, idoneus ad res pecuniarias collegii curandas videatur.

If at any time it shall seem good to the Rector and Fellows they may divide the duties of the Bursar, and appoint two persons to discharge them, assigning to each such stipend as they may deem reasonable.

§ 4. Societati proponantur causæ absentationis Rectoris et Sociorum, si qui abesse velint, et licentia se absentandi cuique vel concedatur vel recusetur, prout Rectori et majori parti Sociorum magis expedire videatur.

§ 5. Denique, in hoc capitulo, Thesaurarius collegii statum Societatis exponat; Rector et Socii videant quid reparationis factum fuerit anno præterito, et quid oporteat fieri anno sequente; de reparatione reddituum et de majoribus collegii negotiis inter se tractent, inquirent et consilium ineant; et de omnibus talibus fiat fructuosa communicatio et bona conclusio de actis et agendis, prout Rectori et majori parti Sociorum videbitur expediens.

§ 6. Secundum nempe capitulum magnum post festum Paschæ, in die sexto mensis Maii, nisi Dominica fuerit, et tunc in crastino, inchoetur, ut prius in altero magno capitulo. Post preces matutinas fiet electio camerarum vacantium pro proximo anno futuro, si quæ camerarum vacaverint, sub hâc formâ. Primo eligat senior Socius cameram vacantem, si velit; si autem locum mutare non decreverit, tunc Socius qui stet proximus, et sic per singulos usque ad juniorem descendendo, liberam habeat electionem.

§ 7. Societati proponantur causæ absentationis Rectoris et Sociorum, et licentia se absentandi vel concedatur vel recusetur, ut in priori magno capitulo.

§ 8. Insuper, in hoc capitulo, ut in priori, provisio fiet de reparationibus fiendis et de cæteris collegii negotiis: circa quæ omnia quilibet libere aperiat mentem suam incipiendo a junioribus, in ultimis Rector, et, eo non præsentate, Subrector concludat conceptum suum.

§ 9. Insuper, ultra duo magna capitula, Societas

per Rectorem, et eo absente per Subrectorem, convocetur ad deliberandum de collegii negotiis alias, quandocumque Rectori et eo absente Subrectori, vel duobus aliis quibuscumque videbitur. Ab hujusmodi congressibus nullus Sociorum in Universitate commorantium se absentet, ante duos dies debite præmonitus, nisi ex causâ rationabili, sub pœnâ multæ decem solidorum toties quoties.

§ 10. Porro in quolibet tum capitulo magno, tum congressu ordinario, omnes, dum aliquis loquitur, silentium præsentent, nec quisquam sæpissime de eadem materiâ interstrepit, et postquam omnes sententiam suam protulerint, res, de quâ agatur, per Rectorem, et eo absente per Subrectorem, iudicio præsentium absque morâ proponatur; et conceptui Rectoris et majoris partis Sociorum in negotiis collegii sine contradictione aliqua omnino stabitur.

§ 11. Provisio semper quod in congressu ordinario numerus præsentium quinario non minor sit, scilicet Rectoris, vel, eo absente, Subrectoris et quatuor Sociorum; provisio etiam, quod in die ad auditionem computorum limitato, Rector et Socii præsentates capaces erunt ad omnia negotia ordinaria collegii tractanda, vel si numerus præsentium minor sit quinario.

CAP. 6.

De emolumentis Rectoris et Sociorum.

§ 1. De communiis Rectoris et Sociorum ordinamus quod cuique, quamdiu residebit, in quâlibet hebdomadâ duo solidi pro expensis in promptuario assignentur.

§ 2. Præterea in pleno termino Rector et Socius quisque duos solidos et sex denarios percipiat, quandocumque in aulâ collegii horâ per Rectorem et Subrectorem limitandâ prandebit. Nullusque Sociorum, imo nec Rector, in suâ absentia percipiet aliquid pro suis communiis nec alicui alteri assignabit. Computabitque mancipium communias et expensa hujusmodi unâquâque Septimanâ die Veneris. Habebunt insuper omnes Socii libere communium servientium obsequia.

§ 3. There shall be attached to each Fellowship a stipend of £200 clear of income tax, in addition to the benefaction of Lord Crewe. The lands in the parish of Twyford, now attached to the Rectorship, shall pass into the possession of the College, who shall pay to the Rector the amount of four Fellowships, together with an additional sum of £50 per annum for every increase of £500 of the gross external revenue of the College beyond £5,000. Except the Rector also hold the Professorship of Classical Archæology and Art, in which case he shall receive the above amount, less the amount of one Fellowship.

§ 4. Ad quæ onera supportanda, una cum reparationibus fiendis ædificiorum et cæteris quæ expensa erunt ad negotia necessaria collegii et possessiones spectantia, volumus quod veteres redditus reserventur, una cum redditibus cubiculorum qui ad Socios non pertineant, et tantâ portione incrementorum, quæ vocant, et cæterarum casualium receptionum, quanta de tempore in tempus Rectori et Sociis videatur. Summa autem totalis, quæ supersit, incrementorum et cæterorum receptorum, ad provisionem, quam vocant, Rectoris, et Sociorum, et probationariorum si qui sint, et in certos alios usus est applicanda, modo et formâ sequentibus. Antequam numerus Sociorum defalcatus erit, secundum quod in capite septimo expressum est, summa prædicta inter Rectorem et Socios annuatim dividatur, Rectore pro duobus Sociis habito. Cum autem de numero Sociorum facta erit subtractio sive unius sive duorum Sociorum (ut alterutrum fieri contigerit) summa prædicta in quatuordecim portiones dividatur,